

D. O. M. A.

AVTHORITATE ET
CONSENSV NOBILIVM, MA=GNIFICORVM, ET CLARISSIMORVM VIRO-
RVM, SPECTABILIS DOMINI INCLYTAE FACVLTATIS IVRIDICAE
Decani, & cœterorum Dominorum Seniorum Sac: Rom: Cæs: Maiestatis Consiliariorum, adeoq; totius
amplissimi Iurisconsultorum Collegij Archigymnasij Viennensis antiquissimi; subsequentes theses ex si-
bi assignato C. peccatum IV. de R. I. in VI. vnacum q. ciuili pro primo in vtroq; Iure
gradu consequendo publicè suscipiet de-
fendendas.

PHILIPPVS PITZAN SCHÖNFLIESSENSIS
Neomarchicus art: & Phil: Bac: Schola Cæs:
Nob: Prouin: Collega.

T H E S I S

I.

BECCATUM non dimittitur, nisi prius res ablata, vel si hæc non amplius extat eius aestimatio,
Domino restituatur.

II.

HINC Vsurarius, si delicti veniam consequi voluerit, restituere tenetur id quod per usuras extorsit.

III.

IDEM & in fure ad rem furto ablatam, & detrectatore ad famam læso restituendam locum
habet

IV.

IMO non modo illi tenentur qui abstulerunt, verum etiam qui occasionem, consilium, aut opem, præ-
stiterunt, damniq; causam dederunt, tum qui rem amissam inuenerunt.

V.

SIC quoq; nec Iudex qui corruptus iniquam sententiam tulit, nec qui virgini vitium intulit, nec bene-
ficiatus clericus qui oneri suo non satis fecit, sine ablati restitutione à peccato absoluuntur.

VI.

ET hæc non solum procedunt quando quis ex rebus proximi aliquid aufert, sed etiam quando dam-
num illi infert impediendo acquisitionem lucri, quod habere potuerat.

Q. CIVILIS EX L. VLT: FF. DE CONDIC: FVRT ET L.I.C.
De his que vi met: ca: gesta sunt.

V. Fur, raptor vel violentus rei alienæ possessor teneatur ad rei ablatæ restitutionem, quæ absq; il-
lius culpa interijt?

DISPV TABVNTV'R FN COLLEGIO JVRISCON-
sultorum die 15. April hora 1. pomeridiana
Anno 1603.

VIENNAE AVSTRIAЕ,

TYPI S LVDOVICI BONNOBERGER,
in Bursa Agni, Anno MC. DG. III.